

DE GENTILIVM MATAIOLOGIA.

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO III,

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE QVOQVE ET WESTPHALIAE, COMITE
PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONE MISNIAE, PRINCIPIS
DIGNITATE COMITE HENNEBERGIAE, COMITE MARCAE
ET RAVENSBERGAE, DYNASTA RAVEN-
STEINII, TONNAE, REL.

OPTIMO PATRIAE PRINCIPE ET DOMINO
NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO
DIEM NATALEM AVSPICATISSIMVM

VII KAL. MAII, A. R. S. MDCC LXVI,

SOSPITE ATQVE INCOLVMI VOTIS CVNCTORVM ARDENTISSIMIS
CELEBRANTE,

EPHORVM MAXIME REVERENDVM,
INSPECTORES SCHOLAE GRAVISSIMOS,

AC, QUIBVS MODO FAVORE ET BENEVOLENTIA MVSAE
COMPLECTI NON GRAVE EST,

AD ORATIVNCVLAS H. ANTE MERIDIEM IX

IN ACROATERIO MAIORI

BENEVOLE AVDIENDAS

SVBMISSA, OBSERVANTER ET PERAMICE

INVITAT

M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

LITTERIS WALTHERIANIS.





ua ratione salua queat esse respublica, Imperatoris *Friderici* docet acuta dictum: *Tum demum, iniquitatis, rempublicam saluam fore, si senatores de rebus consultaturi in vestibulo curiae simulationem et dissimulationem deponerent: sic enim et ipsi recte consulerent et iudici inter consilia diiudicare non difficile esset.* Non est vnus Principis, vt solus vnique statui, nedum homini, consulat; proinde ipsi sunt Amici, quibus, vt recte consulant, simulationem et dissimulationem dissuadet, suadet contra ea candorem et sinceritatem gloriosissimae memoriae Imperator. Eidem quoque charissimos fuisse legi, qui non Iplum magis, quam DEVM timeant. Si quidem sapientiae initium DEI timor habetur: quid acutius dictum, quid sapientius factum? Diuo Imperatori vere conuenire arbitror *Sinensum*, gentis antiquissimae et sua ipsius mente omnium prudentissimae acutum dictum: *Principem subiectorum esse patrem et subditos magnae familiae instar esse, cuius Caput ipse Princeps.* Equis dubitet, quin eximia prudentia praeditus Imperator salutis subditorum, vt pote familiae suae, rationem habuerit, quin rempublicam saluam esse curauerit?

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO
FRIDERICO III, DVCI SAXONIAE, VLIACI, CLIVIAE,

MONTIVM, ANGARIAE QVOQVE ET WESTPHALIAE, LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITI HENNEBERGIAE, COMITI MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII, TONNAE ET REL. DOMINO AC DVCI NOSTRO MVLTQ CLEMENTISSIMO quid gloriosus, quid, Patrem tam magnae familiae appellari auditu acceptius? Liberorum curam agere, eos alere, altos defendere, defensos tueri, eius esse, qui liberis natura pater, equis refragetur? Quam curam populorum CLEMENTISSIMVS PATRIAE PATER IPSI subiectorum agit! Subditis secure dormientibus curae vigilant SERENISSIMI DVCS ET DOMINI NOSTRI, imminencia his terris pericula pieces OPTIMI PRINCIPIS provinciae iisdem depellunt, singularibus omnino virtutibus, Atavi, gloriosissimae memoriae, vestigia, legens religiosissime cunctis praecire subditis haud grauat. Num itaque DVCEM AC DOMINVM tam splendidis ornatu virtutibus amandi deliberationem suscipiamus! Nonne supplices ad DEVM T. O. T. Q. M. praeces pro CLEMENTISSIMI PATRIAE PATRIS salute ac incolumitate perpetua, exoptatissima regiminis felicitate, DOMVS SERENISSIMAE floris perennitate mittamus ardentissimas? Licet procul dubio fidelium subditorum pietas tam salutare negotium nullo negligat tempore: inprimis tamen idem *Die natali auspiciatissimo*, quo diuina benignissimi Patris coelestis gratia DVX ET DOMINVS NOSTER LONGE CLEMENTISSIMVS nouum vitae cunctorum subditorum votis pretiosissimae annum ingreditur, obeundum esse existimo. Soluturi idcirco vota deuotissima hoc sunt anno, quae elapso quidam bonae fudere notae. Publice quippe noua sunt suscepturi vota

Adolescentes Humanissimi,

FRIDERICVS AVGVSTVS LEBERECHE SEIDEL, ortu Egdorffensis,
FRIDERICVS GÖTTHILFF DROEBVS, Gros-Loebigauensis,
CAROLVS FRIDERICVS TOELICH, Koenigshofensis,
IOHANNES FRIDERICVS WILHELMVS LOSSE, Eitersdorffensis.

Votis tamen deuotissimis oratiunculas praemissuri *Primus* Perquam Reuerendi verbi diuini Ministri, Pastoris et Adiuncti meritisissimi ingenio subacto filius, de *Legum diuinarum praesentia*; *Alter* bona ornatus indole de *Bonae Indolis ad finem obinendum necessitate*; *Tertius*, Admodum Reuerendi verbi diuini Praeconis et Pastoris meritisissimi filius acuto admodum ingenio praeditus, de *Ratione, subsidio et adminiculo ad Religionis, Societatis et Sanitatis finem consequendum non contemnendo*; *Quartus* Maxime Reuerendi Pastoris primum Eitersdorffensis, post Superintendentis Kalensis Districtus, quondam longe vigilantissimi filius bene moratus de *Reiio sortem reddendi meliorem sensum*

suam vsu. Cum his optimae spei Adolescentibus, qui semetipfos pietate, diligentia, obedientia commendant, preces pro regiminis felicitate, corporis animique vigore, vitae longacuitate SERENISSIMI DVICIS AC DOMINI, CLEMENTISSIMI PATRIAE PATRIS; vt et pro incolumitate SERENISSIMAE PATRIAE MATRIS, SERENISSIMI PRINCIPIS HEREDIS AC TOTIVS DOMVS SAXONIAE GOTHANAE SERENISSIMAE flore perpetuo fundo et ego asiduas, vt quam sacpissime vota eiusmodi pia solvere liceat!

Quod a SERENISSIMI DVICIS AC DOMINI NOSTRI terris omnis Mataiologia longe abest, DEO debemus. Vnum illud Ens excellentissimum, quod initio et fine ac omni dependentia caret, quo nihil est perfectius, cui et vitam et victum et omnia debemus, vnum illud, cuius solius quoque est gratia, his in finibus religiosissime colitur, longe remota gentium aliarumque gentium Mataiologia. In vocibus significantioribus non vltimo loco *Ματαιολογία* ponenda videtur. Eiusdem compositionem, qui a limine graecae salutavit litteras, iam animaduertit; cui desuper non pauca cum *λέγειν* coniuncta non in memoriam redeunt? Quorum vnum alterumque, pace Tua, L. H. attingere volupe est. *Θεολογία*, ἀπὸ τῆ Θεολογείν, de rebus diuinis differere, notat sacrarum litterarum studium; contra ea *κακολογείν τὴν πατέρα*, in parentem probra iactare. Sunt adeo *κακολογῶντες τὴν ὁδὸν τῆ Θεῶ*. Vt *ομολογίας*, *Μωρολογίας* silentio praeteream, *Ματαιολογίας* non immemor est gentium doctor, organon DEI selectissimum, germano in fide filio praecipiens, vt quibusdam denunciet, ne diuersam doceant doctrinam, nec fabulis attendant; ipse vero charitatem teneat bonamque conscientiam et fidem, a qua quidam deflexerint *εἰς Ματαιολογίας*. *Ματαιολογίας* ex circumscissione non paucos fuisse, idem affirmat, quos altera compositionis parte accuratius considerata perbene noscemus. Si quidem gutture, palato, lingua, dentibus, labiis, organis nempe ad loquendum necessariis, benignissimus DEVS celebratur: negotium est laude dignissimum: verum enim vero vox addita diuersam efficit significationem. Sic quippe religio istius, qui quidem videtur religiosus, linguam autem non fraenat, istius, inquam, religio dicitur *ματαιία* et huiusmodi sapientia est vana et cogitationes sunt vanae, *διαλογισμοὶ μάταιοι*. Eiusmodi vaniloquium ab anicularum nugis nihil differre arbitror, quae quamuis longe fuerint, inanes tamen et vanae et futiles et sine omni fructu habendae, siquidem ne ipsae tandem, quid dixerint, sciunt ac verba ipsarum frustra dicta sunt: id quod vult τὸ μάτην.

Graecae respondet voci Latinorum *vanus*, quod Metaphorae vi et mente carentem notat. Proinde notatu digna: Qui scatur vanos male sibi suisque de rebus necessariis prospicientes, vocors est et, si hominum cogitationes vanae dicuntur, nonne intelligeres stultas ac sine omni vero fructu susceptas! Nec vanum dici negarem, si quid rei speciem habens vera ac solida careat bonitate. Id quod mortalium sapientissimus: Omnia *iniquiens*, sunt vanitatum vanitas, vanissima scilicet, haudquaquam stabilia nec firmi habentia quid boni, clare confirmat. Amice conspirat Hebraeus: *הבנה* vanitatem indicat, quo nomine prima viuientium ratione ornatorum mater primogenitum venire volebat, connotans, hominem imagine et fauore DEI aliisque veris bonis vacuum, quibus homines ante lapsum repleuerat Creator. Speraerat quidem misera muliercula, genito Caino, se peperisse illud benedictum semen, quod Satanae opera debebat destruire: sed post experientia comperit, se meram vanitatem, homines corruptissimos procreare: id quod dolens gemensque confitetur. Vanus etiam Latinis mendacem et impostorem significat et vanitas imposturam. Coniunguntur quoque mendacium et vanitas. Quare diligitis vanitatem et quaseritis mendacium! sunt viri illius DEO delecti. Quocum gentium doctor, quod homines gloriam DEI mutauerint in mendacium. Quod de Idololatria commode intelligendum, vocibus mendacii, imposturae ad ipsas idololatrias et idola translatis. In idololatra magna quidem et pietatis species et impetrandae opis diuinae: sed idem est duplici ratione mendax: quoniam id, quod non est verus Deus, veneratione prosequitur, simulac verba eius sunt vana: nam idolum caret et omni bonitate et ipse homo est impostor, qui semetipsum et alios decipit. Idolum certe est nihil et qui idola venerantur, sunt vani: commutant vanitatem in mendacia, verum DEI vnus cultum in falsum et pro vero DEO amplectuntur idolum.

Agite!

FK 7119

X 33708108

Agite! quae vanitas, quae temeritas: Deorum deum diuine vxorem; genuisse filios et filias, eundem tamen superiorem habuisse superiorem! Telle nempe *Hesiodo*, ex Saturno et Rhea Iupiter, Neptunus, Pluto, Glauca, Iuno, Ceres, Vesta ortum habuere; ex Ioue et Iunone Mars, Vulcanus, Hebe, Ilithyia, cum alijs; ex Neptuno et Amphitrite Triton, Rhodos. Plutonis coniux habetur Proserpina. Glauca simul cum Plutone nascitur, sola vero patri, Saturno, ostensa, ne Plutonem more consueto deuoret pater. Quae crudelitas, liberos deuorare! Quae vanitas, quod mendacium, deum deuorare liberos! *Ennius* etiam, indulgens, L. B. percipiamus de idolis vanitatem: Graecis cum Romanis maiorum minorumque gentium deos fuisse, *asserentis*: maiorum gentium Iunonem, Vestam, Mineruam, Cererem, Dianam, Venerem cum Matte Mercurium, Iouem, Neptunum, Vulcanum, Apollinem. Quibus Consentibus octo adduntur selecti: Sol, Luna, Tellus, Genius, Iapetus, Saturnus, Liber, Pluto. Videamus minorum gentium deos; Aesculapium, Bacchum, Castorem, Faunum, Herculeum, Lares, Penates, Pollucem, Quirinum, Diuum, Fidium - - - Ohe! iam satis est vanitatis! - - - Quid vero, si terrestres, marinos, inferos, nuptiales, morales, funebres adderem? Triginta millium deorum deorumque exercitum longe excedere, affirmo.

Plebem et infamam multitudinem, dicis, tam stupendam nutrisse vanitatem: Philosophos vero sine villa dubitatione saniores induisse mentem. *Pythagoram Samium*, honesti fuisse studiosissimum ideo et idem eundem suasse. Fac ea, quae iudicaueris honesta, etiamsi, postquam feceris, inglorius futurus sis: omnis enim honestae rei parus iudex est vulgus: quorum itaque iudicium contentui haberes, eorumdem vituperationes etiam spernas. Pythagoram igitur cum infima faece sensisse, ambigis. *Socratem*, contendis, cum populi faece conspirasse; *Socratem* de coelo in terram vocantem sapientiam, *Ethicos* cultorem egregium? *Socratem* omnis superbiae inimicum, qui ex oraculis diuinis: DEVM superbis resistere, haussisse videtur; qui de se: Se nihil scire, nisi hoc vnum, quod nihil sciat. Quid modestius? Quod praeterea spretis diis communibus vnum Deum coluerit, an clarius, an grauius omnique exceptione maius credis testimonium *Socrate* ea propter cicuta sublato? *Platonem* totius Graeciae facile eruditorem principem, deum quasi quandam Philosophorum in Aegyptum, vt *Mosen* audiret, profectum, cum vulgo sensisse existimes? Quid *Scipione* callius, *Aristide* iustius, *Simonide* temperantius, *Cimone* adquietius, *Epaminonda* veracius, *Papyrio* tectius? Quos cum sexcentis incus eiusdem dementiae, cuius infima multitudo incusanda? Nequeo quidem incicias ire, Philosophorum non paucos praclare de DEO sensisse, quem vero ita philosophantem legis: Haudquaquam fieri potest, quin effectu non negato, negetur causa; conspecto et considerato terrarum orbe quin DEVM vnum negem? Haud fieri potest, quin creaturas non paucas et sapientiae et iustitiae et sanctitatis virtutibus pulcherrime ornatas summus cunctarum rerum conditor eiusmodi virtutibus quam longissime antecellat; quin vita vitam cum morte commutare aut vllis coinquinari queat maculis Numen purissimum, sanctissimum? Ita vero loquuntur: *Deorum* providentia mundus administratur; innumerabilia parentibus, omnia *diis* debemus; prima officia *diis* immortalibus debentur. Mythologiae studiosi: *Ethnicos*, *inquunt*, non tam vecordes, tam stupidos fuisse, vt tantum deorum agmen colerint, sed sub his fabulis veras latere historias: Saturnum quippe fuisse Phrygiae regem, pulsum autem regno in Italiam et tandem in Siciliam profugisse; Iouem Cretae regem ibidem defunctum deum esse habitum.



1085

mc

FK.133
17

II h
719

DE GENTILIVM MATAIOLOGIA.

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO III,

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE QVOQVE ET WESTPHALIAE, COMITE
PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONE MISNIAE, PRINCIPIS
DIGNITATE COMITE HENNEBERGIAE, COMITE MARCAE
ET RAVENSBERGAE, DYNASTA RAVEN-
STEINII, TONNAE, REL.

OPTIMO PATRIAE PRINCIPE ET DOMINO
NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO
DIEM NATALEM AVSPICATISSIMVM

VII KAL. MAII, A. R. S. clo DCCC LXVI,

SOSPITE ATQVE INCOLVMI VOTIS CVNCTORVM ARDENTISSIMIS
CELEBRANTE,

EPHORVM MAXIME REVERENDVM,
INSPECTORES SCHOLAE GRAVISSIMOS,

AC, QUIBVS MODO FAVORE ET BENEVOLENTIA MVSAE
COMPLECTI NON GRAVE EST,

AD ORATIVNCVLAS H. ANTE MERIDIEM IX
IN ACROATERIO MAIORI

BENEVOLE AVDIENDAS

SVBMISSAE, OBSERVANTER ET PERAMICE
INVITAT

M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

LITTERIS WALTHERIANIS.

